Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Aurelii Clementis Prude[n]tii psychomachia

https://hdl.handle.net/1874/461211

Prudentius de conflictu vitiorum et virtutum
Versus in commendationem poete

Aurelii Clementis Prudētii psychomachia

Si tergena omni scripserunt plura vates
Hic in bella spumat canit
Quid prodest regum ductus de more bellis
Subjugo cunctos detinuisse duces
Si rex languescit atque si sensibus aeger
Turbatus hostis aspera bella movet
At satius fuerat animam relevasse caducam
Quam multos heu heu perdomuisse viros
Hic potius omni vitiorum peste repulsa
Virtutes ad insignia tubis
Argumenta quidem describunt plura libelli
Huius quoque caput materiam quoque
Nec brevitas noceat libro nam pusillus
Praestat quod tota marsia amazonide

Argumenta decem capita libri de conflictu vitiorum et virtutum

Dat primum fidei pugnans ac idolatria
Eiusque pudicitia sodomorum bella 2m
Utque iram patiens superat patientia fortis
Labitur in foveam exaltata superbia quarto
Luxuries quinto devicta et sobrietate
In sexto frendens operatio ... avaros
Post hec ut felix concordia conveniat ...
Octavo ... unanime discordia turbat
In nono recedit fidei discordia telis
Postremo fortes ... templa dicantur

(Deventer, Jac. de Breda c. 1499)
Campb 1457

Aurelij Clementis Prudentij In psychomachiã. Id est liber de cõpugnãtia animę. Prolog⁹ incipit feliciter. Metrũ Jambicũ.

Senex fidelis prima credendi via est
Abram. beati seminis seruus pater
Adiecta cuius nomē auxit syllaba
Abram parenti dictus abraam deo.
Senile pignus qui dicauit victimę
Docens ad aram cum litare quis velit
Quod dulce cordi qđ pium quod vnicum
Deo libenter offerendum credito.
Pugnare nosmet cum ꝓphanis gentibus
Suasit: suumqꝫ suasor exemplum dedit
Nec ante prolem cõiugalem gignere
Deo placentem matre virtute editam
Quam strage multa bellicosus spiritus
Portenta cordis seuientis vicerit
Victum feroces forte reges ceperant
Loth immorantem criminosis vrbibus
Zodomę ꝛ gomorrę quas fouebat aduena
Pollens honore patruelis glorię.
Abraam sinistris excitatus nuncijs
Audit ꝓpinquum sorte captum bellica
Seruire diris barbarorũ vinculis.
Armat tercentos terqꝫ senos vernulas
Pergant vt hostis terga euntis cędere
Quem gaza diues ac triumphus nobilis
Captis tenebat impeditum copijs.
Quin ipse ferrum stringit. ꝛ plenus deo

Reges superbos mole prędarum graues
Pellit fugatos. sauciatos proterit
Frãgit cathenas ⁊ rapinam liberat
Aurum. puellas. paruulos. monilia
Greges equaꝝ. vasa. vestes. buculas.
Loth ipse ruptis expeditus vinculis
Attrita bois colla liber erigit.
Abraam triumphi dissipator hostici
Redit recepta prole fratris inclytus:
Nequa fidelis sanguinis prosapiam
Uis pessimorum possideret principum.
¶ Adhuc recentem cede de tanta virum
Donat sacerdos ferculis celestibus
Dei sacerdos. rex ⁊ idem prepotens:
Origo cuius fonte inenarrabili
Secreta nullũ prodit auctorem sui
Melchisedech qua stirpe. quis maioribus
Ignotis. vni cognitus tantum deo.
Mox ⁊ triformis angelorum trinitas
Senis reuisit hospitis mapalia:
Etiam victa sara in aluo fertilis
Munus iuuentę mater exanguis stupes
Herede gaudens ⁊ cachinni penitens.
¶ Hec ad figuram est prenotata linea
Quam nostra recto vita resculpat pede
Uigilandum in armis pectoꝝ fidelium
Omnemq; nostri portionem corporis
Que capta fede seruiat libidini
Domi coactis liberandam viribus:
Decet nos large vernularum diuites

Si quid trecenti bis nouenis additis
Possint figura nouerimus sub mystica
Mox ipse christus qui sacerdos verus est
Parente natus alto ⁊ ineffabili
Cibum beatis offerens victoribus
Paruam pudici cordis intrabat casam
Monstrans honorem trinitatis hospite.
Animā deinde spiritus complexibus
Pie maritam prolis expertem diu
Faciet perenni fertilem de semine
Tunc sera dotem possidens puerpera
Herede digno patris implebit domum

¶ Imploratio ad christum pro spiritualis militie auxilio.

O Christe graues hoīm semper miserante labores
Qui patria ỽtute cluis ꝓpriaqꝫ. sed vna
Unū namqꝫ deū colimus de nomine trino
Non tamē ⁊ solū: qꝛ tu deus ex patre christe.
Dissere rex noster quo milite pellere culpas
Mens armata queat nostri de pectoris antro.
Exoritur quotiens turbatis sensibus intus
Seditio: atqꝫ animū morborū rixa fatigat
Quod tūc presidiū ꝓ libertate tuenda?
Que ve acies furijs inter ꝓcordia mixtis
Obsistat meliore manu: nec eñ bone ductor
Magnarū virtutum inopes. neruisqꝫ carentes
Christicolas vitijs populantibꝫ exposuisti.
Ipse salutiferas obsesso in corpore turmas
Depugnare iubes: ipse excellentibꝫ armas
Artibus ingeniū. quibus ad ludibria cordis

Oppugnanda potēs tibi dimicet & tibi vincat
Vincendi ratio est psens. si cominus ipsas
Virtutum facies. & colluctantia contra
Viribus infestis liceat portenta notare

De fide & Idolatria

Prima petit campū dubia sub sorte duelli.
Pugnatura fides: agresti turbida cultu
Nuda humeros. intonsa comas. exerta lacertos
Namq3 repētinus laudis calor ad noua feruens
Prelia: nec telis meminit nec tegmine cingi.
Pectore sed fidens valido. membrisq3 retectis
Prouocat insani frangēda pericula belli.
Ecce lacessentem collatis viribus audet
Prima ferire fidem veterū cultura deorū.
Illa hostile caput. faleratasq3 tpa vittis
Altior insurgēs labefactat. & orā cruore
De pecudū satiata solo applicat. & pede calcat
Elisos in morte oculos. aiamq3 malignā
Fracta intercepti cōmertia gutturis arctant
Difficilemq3 obitū suspiria longa fatigant.
Exultat victrix legio: quā mille coactam
Martyribꝰ regina fides animarat in hostem.
Tūc fortes socios parta pro laude coronat
Floribus. ardētiq3 iubet vestirier ostro.

De pudicicia atq3 libidine

Exin gramineo in cāpo cōcurrere prompta
Virgo pudicicia speciosis fulget in armis.
Quā patrias succincta faces zodomita libido
Aggreditur: piceāq3 ardēti sulphure pinū
Ingerit in faciē. & pudibūdaq3 lumina flāmis

Appetit: ⁊ tetro temptauit suffundere fumo
Sed dextram furię flagrantis ⁊ ignea dirę
Tela lupę. saxo ferit imperterrita virgo
Excussasq; sacro tedas depellit ab ore
Tunc exarmatę iugulū meretricis adacto
Transfigit gladio. callidos vomit illa vapores
Sanguine cenoso cōcretos. spiritus inde
Sordidus exhalans vicinas polluit auras
¶ Hoc habet (exclamat victrix regina) sup̄mus
Hic tibi finis erit: semꝑ prostrata iacebis
Nec iam mortiferas audebis sp̄gere flām̄as
In famulos famulasq; dei. q̄bus intima casti
Vena animi sola feruet de lampade christi.
Te ne o vexatrix hoīm potuisse resumptis
Viribus. extincti capiti recalescere flatu
Assyriū postq̄ thalamū ceruix olofernis
Cesa cupidineo madefactū sanguine lauit:
Gemmatūq; thorū mechi ducis aspera iudith
Spreuit. ⁊ incestos cōpescuit ense furores
Famosum mulier referens ex hoste tropheum
Nō trepidāte manu. vindex mea. celitus audax
At fortasse parū fortis matrona sub vmbra
Legis adhuc pugnās dum tp̄a nostra figurat
Vera q̄bus virtus terrena in corpa fluxit
Grande per infirmos caput excisura ministros.
Nunquid ⁊ intactę post partū virginis. vllum
Fas tibi iam supest: post partū ꝟginis: ex quo
Corpis humani naturā pristina origo
Deseruit: carnemq; nouā vis ardua seuit
Atq; innupta deū concepit femina christum

Mortali de matre hoiem: sed cū patre numen
Inde omnis iam diua caro est que cōcipit illum
Naturamq3 dei cōsorti federe sumit.
Uerbū quippe caro factū non destitit esse
Qd fuerat: verbū dum carnis glutinat vsum
Maiestate quidē nō degenerante per vsum
Carnis. sed miseros ad nobiliora trahente
Ille manet qd semꝑ erat. quod nō erat esse
Incipiens. nos quod fuimus iā non sumus. aucti
Nascēdo in melius. mihi cōtulit ⁊ sibi mansit.
Nec deus ex nostris minuit sua: sed sua nostris
Dum tribuit. nosmet dona ad celestia vexit.
Dona hec sunt: q victa iaces lutulēta libido
Nec mea post mariā potis es ꝯstringere iura.
Tu princeps ad mortis iter: tu ianua leti
Corpora cōmaculās. aias in tartara mergis.
Abde caput tristi iam frigida pestis abysso
Occide. ꝓstibulū. manes pete. claudere auerno
Inq3 tenebrosum noctis detrudere fundum
Te voluant subter vada flāmea, te vada nigra
Sulphureusq3 rotet ꝑ stagna sonātia vortex
Nec iam christicolas furiaꝝ maxima temptes
Ut purgata suo seruētur corpora regi.
Dixerat hec: ⁊ leta libidinis interfecte
Morte pudicicia. gladiū iordanis in vnda
Abluit infectū: sanies cui rore rubenti
Heserat. ⁊ nitidū macularat vulnere ferrū.
Expiat ergo aciem fluuiali docta lauacro
Uictricem victrix. abolēs baptismate labem
Hostilis iuguli: nec iam cōtenta piatum

Condere vaginę gladiū (ne tecta rubigo
Occupet ablutū scabrosa sorde nitorem)
Catholico in templo diuini fontis ad aram
Consecrat: ęterna splendēs vbi luce coruscet.

De Patientia & Ira

Ecce modesta graui stabat patientia vultu
Per medias immota acies. variosq; tumultus
Vulneraq; & rigidis vitalia peruia pilis
Spectabat. defixa oculos. & lenta manebat.
Hanc pcul tumens spumāti feruida rictu
Sanguinea intorquēs suffuso lumina felle
Ut belli exortem. teloq; & voce lacessit.
Impatiēsq; morę: conto petit: increpat ore:
Hirsutas quatiēs galeato in vertice cristas
En tibi martis: ait: spectatrix libera nostri
Excipe mortiferū securo pectore ferrum:
Ne doleas: quia turpe tibi genuisse dolore.
Sic ait: & stridēs sequitur cōuicia pinus
Per teneros crispata nothos. & certa sub ipsum
Defertur stomachū: rectoq; illiditur ictu.
Sed resilit duro loricę excussa repulsu.
Prouida nā virtus cōserto adamāto trilicem
Induerat thoraca humeros. squamosaq; ferri
Texta per intortos cōmiserat vndiq; neruos.
Inde quieta manet patientia fortis ad omnes
Telorū nymbos: & nō penetrabile durans
Nec mota est iaculo monstri sine more furētis
Opperiens ꝓprijs perituram viribꝫ iram.
Scilicet indomitos postq; stomachādo lacertos
Barbara bellatrix impenderat: & iaculorum

Nube superuacuam lassauerat irrita dextram
Cum ventosa leui cecidissent tela volatu
Ictibꝰ ⁊ vacuis hastilia fracta iacerent
Vertitur ad capulū manus improba. ⁊ ense corusco
Cōnisa in plagā. dextra sublimis ab aure
Erigitur. mediumqꝫ ferit libeata cerebrum.
Erea sed cocto cassis formata metallo.
Tinnitū ꝑcussa refert: aciemqꝫ retundit
Dura resultantem. frāgit quoqꝫ vena rebellis
Illisum chalybē: dum cedere nescia cassis
Excipit āssultus. feriēti ⁊ tuta resistit.
Ira vbi truncati mucronis fragmīna vidit
Et ꝓcul in partes ensem crepuisse minutas
Iam capulū retinente manu sine pondere ferri
Mentis inops. ebur infelix. decorisqꝫ pudendi
Perfida signa abijcit. monumentaqꝫ tristia lōge
Spernit: ⁊ ad ꝓprium succenditur effera letum.
Missile de multis quē frustra sparserat vnū
Puluere de campi ꝑuersos sumit in vsus
Rasile figit humi lignū: ac se cuspide versa
Perfodit. ⁊ calido pulmonē vulnere transit.
Quam sup assistens patiētia. vincimus (inquit)
Exultans vitiū solita virtute. sine vllo
Sanguinis ac vite discrimine: lex habet istud
Nostra genus belli. furias omnemqꝫ malorum
Militiā. ⁊ rabidas tolerando extinguere vires.
Ipsa sibi est hostis vesania. seqꝫ furendo
Interimit: moriturqꝫ suis ira ignea telis.
Hec affata. secat medias impune cohortes:
Egregio comitata viro. nam ꝓximus iob

Deserat inuictę bella inter dura magistrę
Fronte seuerus adhuc. et multo vulnere anhelus
Sed iam clausa truci subridens vlcera vultu
Perqꝫ cicatricum numerū sudata recensens
Millia pugnarū. sua premia. dedecus hostis.
Illū diua iubet tandem requiescere ab omni
Armorū strepitu: captis et perdita queqꝫ
Multiplicare opib9: nec iam peritura referre.
Ipsa globos legionū et cōcurrentia rumpit
Agmina vulniferos gradiēs intacta ꝑ imbres
Omnibus vna comes virtutib9 associatur
Auxiliumqꝫ suū fortis patiētia miscet.
Nulla anceps luctamen init ꝟtute sine ista
Virtus. nam vidua est quā nō patientia firmat.

De superbia et humilitate.

Forte ꝑ effusas inflata supbia turmas
Effreni volitabat equo: quē pelle leonis
Texerat. et validos villis onerauerat armos
Quo se fulta iubis iactātius illa ferinis
Inferret. tumido despectās agmina fastu
Turritū tortis caput accumularat in altū
Crinib9: extructos augeret vt addita cirros
Cōgeries. celsumqꝫ apicem frons ardua ferret.
Carbasea ex humeris summo collecta coibat.
Palla sinu. teretē nectens a pectore nodum
A ceruice fluens tenui velamine limbus
Cōcipit infestas textis turgentibus auras
Nec minus instabili sonipes feritate superbit
Impatiens madidis frenarier ora lupatis
Huc illuc frendens obuertit terga negata

Libertate fuge: pressisqꝫ tumescit habenis
Hoc sese ostentās habitu ventosa virago
Inter vtrāqꝫ aciem supeminet. ⁊ faleratū
Circūflectit equum: vultuqꝫ ⁊ voce minatur
Aduersum spectans cuneū. quem milite raro
Et paupertinis ad bella coegerat armis.
Mens humilis. regina quidem. sed egens alieni
Auxilij: ꝓprio nec sat confisa paratu
Spem sibi collegam cōiunxerat: edita cuius
Et supēsa ab humo est opulētia diuite regno.
¶ Ergo humilē postqꝫ male sana supbia mentem
Vilibꝫ extructā nullo ostentamine telis
Aspicit: in vocem dictis se fundit amaris.
Nō pudet o miseri plebeo milite claros
Attemptare duces: ferroqꝫ lacessere gentem
Insignem titulis: veteres cui bellica virtus
Diuitias peperit: letos ⁊ gramine colles
Imperio calcare dedit: nūc aduena nudus
Nititur antiquos (si fas est) pellere reges.
En qui nrā suis in predā cedere dextris
Sceptra volūt: en qui nostros sulcare nouales
Aruaqꝫ capta manu popularier hospite aratro
Contendūt: duros ⁊ pellere marte colonos
Nempe (hoc ridiculū vulgus) natalibꝫ horis
Totum hoiem. ⁊ callidos a matre amplectimur artus
Vimqꝫ potestatum p mēbra recentis alumni
Spargimus. ⁊ rudibꝫ dominamur in ossibꝫ omnes.
Quis locus in nrā tunc vobis sede dabatur
Cōgenitis: cum regna simul ditionibꝫ equo
Robore crescebāt. nati nā luce sub vna.

Et domus ⁊ domini paribꝰ usqꝫ adoleuimus annis
Ex quo plasma nouo de cõsepto paradysi
Limite progrediẽs amplũ trãsfugit in orbem
Pelliciosqꝫ habitus sumpsit venerabilis adam
Nudus adhuc. nisi nostra foret precepta secutus
Quis nã iste ignotis hostis nũc surgit ab oris?
Importunus iners. infelix. degener amens
Qui sibi tam serũ ius vendicat hactenus exul?
Nimirũ vacue creduntur friuola famę
Quę miseros optare iubet quãdoqꝫ futuri
Spem fortasse boni. lenta vt solatia mollem
Desidiam pigro rerũ medicamine palpent
Quid ni illos spes palpet iners? quos puluere in isto
Tyrones bellona truci nõ excitat ęre?
Imbellesqꝫ aĩos virtus tepefacta resoluit.
An ne pudicicię gelidum iecur vtile bello est?
An tenerum pietatis opus sudatur in armis?
Quã pudet o mauors ⁊ virtus cõscia. talem
Cõtra stare aciem: ferroqꝫ lacessere nugas
Et cum virgineis dextram cõferre choreis.
Justicia est vbi semp̃ egens. ⁊ paup̃ honestas
Arida sobrietas. albo ieiunia vultu.
Sanguine vix tenui pudor interfusus. aperta
Simplicitas. ⁊ ad omne patens sine tegmine vulnus
Et prostrata in humũ: nec libera iudice sese
Mens humilis. quã degenerem trepidatio prodit
Faxo ego sub pedibus stipularũ more teratur
Inualida ista manus. neqꝫ em̃ perstringere duris
Dignantur gladijs. algenti ⁊ sanguine ferrũ
Imbuere fragiliqꝫ viros fędare triũpho.

Talia vociferans rapidū calcaribus vrget
Cornipedē: laxisq; volat temeraria frenis
Hostem humilem cupiens impulsu vmbonis equini
Sternere: deiectamq; supercalcare ruinam
Sed cadit in foueā pręceps. quā callida forte
Fraus interciso suffoderat ęquore furtim
Fraus detestandis vitiorū e pestibus vna
Fallendi versuta opifex: quę pręscia belli
Planiciem scrobibus violauerat insidiosis
Hostili de parte latens: vt fossa ruentes
Exciperet cuneos. atq; agmina mersa vorarei
Ac ne fallacem puteū deprędere posset
Clara acies: virgis adoperta texerat oras
Et superimposito simularat cespite campū.
At regina humilis q̄uis ignara manebat
Vlteriore loco. nec adhuc ad fraudis opertū
Venerat: aut fouęę calcarat furta malignę.
Hunc eques illa dolū (dum fertur ꝑpete cursu)
Incidit: ꝛ cecū subito patefecit hiatum
Prona ruentis equi ceruice inuoluitur. ac sub
Pectoris impressu fracta inter crura rotatur
At virtus placidi moderaminis: vt leuitatē
Prospicit obtritā monstri sub morte iacētis
Intendit gressum mediocriter: os quoq; parce
Erigit: ꝛ comi moderatur gaudia vultu.
Cunctanti spes fida comes succurrit. ꝛ offert
Vltorem gladiū: laudisq; inspirat amorem
Illa cruentatā correptis crinibus hostem
Protrahit. ꝛ faciem lęua reuocāte supinat
Tum caput orātis flexa ceruice resectum

Eripit. ⁊ madido suspendit colla capillo.
Extinctum vitiũ sancto spes increpat ore.
¶ Desine grande loqui: frangit deus omne superbũ
Magna cadũt. inflata crepãt. tumefacta ꝑmuntur
Disce supercilium deponere. disce cauere
Ante pedes foueã quisquis sublime minaris
Peruulgata viget nostri sententia christi
Scãdere celsa humiles ⁊ ad ima redire feroces
¶ Vidimus horrendũ mẽbris animisqꝫ goliam
Inualida cecidisse manu: puerilis in illũ
Dextera fundali torsit stridore lapillũ
Traiectãqꝫ cauo penetrauit vulnere frontem.
Ille minax. rigidus. iactãs. truculẽtus. amarus
Dum tumet indomitũ: dum formidabile feruet
Dum sese ostentat. clypeo dum territat auras
Expertus pueri quid possunt ludicra parui
Succubuit teneris bellator turbidus annis.
Me tũc ille puer ꝟtutis pube secutus
Florentes aĩos sursum in mea regna tetẽdit.
Seruatur qua certa mihi domus. omnipotentis
Sub pedibus dñi. meqꝫ ad sublime vocantem
Victores cẽlsa culparũ labe capessunt.
Dixit. ⁊ auratis ꝑstringens aera pennis
In celum se virgo rapit: mirantur euntem
Virtutes tollũtqꝫ aĩos in vota. volentes
Ire simul: ni bella duces terrena retardent
Confligũt vitijs. seqꝫ ad sua pmia seruant

¶ De luxuria ⁊ sobrietate

Venerat occiduis mũdi de finibus hostis
Luxuria. extinctę iam dudum prodiga famę

Delibuta comas: oculis vaga: languida voce:
Perdita delicijs: vite est cui causa voluptas
Elumbem mollire animũ: petulāter amœnas
Haurire illecebras: ⁊ fractos soluere sensus.
At tunc peruigilem ructabat marcida cœnam
Sub lucem: q̄ forte iacens ad fercula raucos
Audierat lituos. atq̄ inde tepentia linquens
Pocula. lapsanti per vina ⁊ balsama gressu
Ebria calcatis ad bellũ floribus ibat.
Nō tamē illa pedes sed curru inuecta venusto
Saucia mirantũ capiebat corda virorum
O noua pugnādi species: non ales arundo
Neruo pulsa fugit: nec stridula lancea torto
Emicat amento. frameā nec dextra minatur
Sed violas lasciua iacit. folijsq̄ rosarum
Dimicat. ⁊ calathos inimica p agmina fundit.
Inde eblanditis ꝟtutibus halitus illex
Inspirat tenerũ labefacta per ossa venenũ
Et male dulcis odor domat ora ⁊ pectora ⁊ arma
Ferratosq̄ thoros obliso robore mulcet.
Luxuria huc violas cursu delata venusto
Per populos iacit. vt male credita corda tepescāt.
Deijciunt aīos ceu victi. ⁊ spicula ponūt
Turpiter heu dextris langentibus obstupefacti
Dum currum varia gemmarũ luce micātem
Mirātur: dum brateolis crepitātia lora
Et solido ex auro p̄ciosi ponderis axem
Defixis inhiant obtutibus: ⁊ radiorum
Argento albentem seriem. quā summa rotarũ
Flexura electri pallentis cōtinet orbe.

Etiam cuncta acies in deditionis amore
Spōte sua versis trāsibat perfida signis
Luxurię seruire volēs: dominęq; fluentis
Iura pati ⁊ laxa ganearū lege teneri.
¶ Ingemuit tā triste nefas fortissima virtus
Sobrietas. dextro socios discedere cornu
Inuictāq; manū quandā sine cede perire
Vexillū sublime crucis qđ in agmine primo
Dux bona ꝑtulerat. defixa cuspide sistit.
Instauratq; leuem dictis mordacibus alam
Extimulās aīos nunc probris nunc ꝑce mixta.
Quis furor insanas agitat caligine mentes?
Quo ruitis? cui colla datis? quę vincula tādem?
Proh pudor armigeris amor est perferre lacertis
Lilia luteolis inter lucentia sertis
Et ferrugineo vernantes flore coronas.
His placet assuetas bello iā tradere palmas
Nexibus? his rigidas nodis innectier vlnas?
Vt mitra cęsariem cohibens aurata virilem
Combibat infusam croceo religamine nardū.
Post inscripta oleo frontis signacula. per quę
Vnguentū regale datū est. ⁊ chrisma perenne.
Vt tener incessus vestigia syrmate verrat
Sericaq; infractis fluitant vt pallia mēbris.
Post immortalem tunicam quā pollice docto
Texuit alma fides. dans impenetrabile tegmen
Pectoribus lotis: dederat quibꝰ ipsa renasci.
Ite ad nocturnas epulas vbi cantarus ingens
Despuit effusi spumātia damna phalerni
In mensa cyathis stillantibus vda vbi multo

Fulcra mero: veterisqꝫ toreumata rore rigātur.
Excidit ergo animis heremi sitis: excidit ille
Fons patribꝰ de rupe datus: quē mystica v̄ga
Elicuit scissi salientem vertice saxi
Angelicus necibꝰ prima in tentoria vestris
Fluxit auis: quē nunc sero felicior euo
Vespertinus edit populus de corpe christi.
His vos imbutos dapibꝰ iam crapula turpis
Luxurię ad madidū rapit importuna lupanar.
Quosqꝫ viros nō ira fremēs. nō idola bello
Cedere cōpulerant. saltatrix ebria flexit
State p̄cor vestri memores: memores quoqꝫ christi
Quę sit vestra tribꝰ. quę gloria. q̄s deus. ⁊ rex
Quis dn̄s: meminisse decet vos nobile iudę
Germen. adusqꝫ dei genitricē: ex qua deus ipse
Esset homo: p̄cerum venistis sanguine longo.
Excitet egregias mentes celeberrima dauid
Gloria. cōtinuis bellorū exercita curis:
Excitet ⁊ samuel. spolium q̄ diuite ab hoste
Attrectare vetat. nec victū viuere regem
Incircūcisum patitur: nec pręda supstes
Victorem placidū recidiua in p̄lia poscat.
Parcere iā capto crimen putat ille tyranno.
At vobis cōtra. vinci ⁊ succūbere votū est.
Peniteat vos si qua mouet reuerētia summi
Fluminis. hoc tam dulce malū voluisse nefanda
Proditione sequi: si penitet haud nocet error.
Penituit ionathan ieiunia sobria dulci
Cōuiolasse fauo: sumpti mellisqꝫ sapore
Heu male gustato. regni dum blāda voluptas

Oblectat iuuenē. iurataq; sacra resoluit.
Sed quia penituit. nec sors lachrymabilis illa est
Nec tinxit patrias sentētia seua secures:
¶ En ego sobrietas (si cōspirare paratis)
Pando viā cunctis ꝟtutibꝰ. vt male suada
Luxuries. multo stipata satellite. penas
Cū legione sua christo sub iudice pendat.
Sic affata: crucē dn̄i feruentibus offert
Obuia quadrigis. lignū venerabile in ipsos
Intentās frenos: qd̄ vt expauere feroces
Cornibꝰ oppansis ⁊ summa fronte coruscum
Vertunt ꝑcipitem ceca formidine fusi
Per prerupta fugā: fertur resupina reductis
Nequicq̄ loris auriga. comāq; madentem
Puluere fedat humi. tūc ⁊ vertigo rotarū
Implicat excussam dn̄am: nā prona sub axem
Labitur. ⁊ lacero tardat sufflamine currū
Addit sobrietas vulnus letale iacenti
Cōijciens silicem rupis de parte molarem.
Hunc vexillifere q̄m̄ sors obtulit ictum
Spicula nulla manu sed belli insigne gerenti.
Casus agit saxum: medij spiramen vt oris
Frāgeret. ⁊ recauo misceret labra palato
Dentibꝰ introrsum resolutis. lingua resectā
Dilaniata gulā frustis cū sanguinis implet.
Insolitis dapibꝰ crudescit guttur: ⁊ ossa
Colli fracta vorās reuomit quas hauserat offas.
Ebibe iam ꝓpriū post pocula multa cruorem
Virgo ait increpitās: sint hec tibi fercula tandem
Tristia: preteriti nimijs ꝓ luxibus eui

Lasciuas vitę illecebras. gustatus amarę
Mortis. et horrifico sapor vltimus asperat haustu.
Cede ducis dispersa fugit trepidāte pauore
Nugatrix acies. iocus et petulantia. primi
Cimbala pꝓiciūt: bellū nam talibꝫ armis
Ludebāt. resono meditātes vulnera sistro
Dat tergū fugitiuus amor: lita tela veneno
Et lapsum ex humeris arcum pharetrāqꝫ cadentem
Pallidus ipse metu. sua post vestigia linquit
Pompa ostentatrix vani splēdoris. inani
Exuitur nudata peplo: discissa trahūtur
Serta venustatis. colliqꝫ ac verticis aurum
Soluitur: et gēmas discordia dissona turbat.
Nō piget attritis pedibꝫ per acuta frutecta
Ire voluptatē. quoniā vis maior acerbam
Cōpellit tolerare fugā. formido pericli
Perdurat teneras iter ad cruciabile plantas
Qua se cunqꝫ fugax trepidis fert gressibꝫ agmen
Damna iacēt. crinalis acus. redimicula. vittę.
Fibula. flameolū. strophiū. dyodema. monile.
His se sobrietas et totus sobrietatis
Abstinet exuuijs miles: damna taqꝫ castis
Scandala ꝓculcat pedibꝫ: nec fronte seueros
Cōniuente oculos prędaꝝ ad gaudia flectit

De auaricia et operatione.

Fertur auaricia gremio ꝓcincta capaci
Quicqͥd luxus edax ꝓciosum liquerat vnca
Corripuisse manu: pulcra in ludibria vasto
Ore inhians. auriqꝫ legēs fragmēta caduci
Inter arenaꝝ tumulos. nec sufficit amplos

Impleuisse sinus: iuuat infercire crumenis
Turpe lucrum. et grauidos furtis distendere fiscos.
Quos leua celāte tegit. laterisque sinistri
Uelat ad operto: velox nā dextra rapinas
Abradit. spolijsque vngues exercet aenos.
Cura. fames. metus. anxietas. periuria. pallor
Corruptela. dolos. cōmenta. insomnia. sordes.
Eumenides variae. monstri comitatus. aguntur
Nec minus interea rabidorum more luporū
Crimina persultāt toto grassantia campo
Matris auariciae nigro de lacte creata.
Si fratris galea fuluis radiare ceraunis
Germanus vidit cōmilito. nō timet ensem
Exerere: atque caput socio mucrone ferire
De cōsanguineo rapturus vertice praedam
Filius extinctum belli sub sorte cadauer
Aspexit si forte patris. fulgentia bullis
Cingula. et exuuias gaudet rapuisse cruētas.
Cognatam ciuilis agit discordia praedam.
Nec parcit propriis amor insatiatus habendi
Pignoribus: spoliatque suos fames impia natos.
¶ Talia per populos edebat funera victrix
Orbis auaricia: sternēs centena virorū
Millia vulneribus varijs. hūc lumine adempto
Effosisque oculis velut in caligine noctis
Caecū errare sinit. perque offensacula multa
Ire. nec oppositū baculo temptare periclum
Porro alium capit intuitu: fallitque videntem
Insigne ostentās aliquid. quod dum petit ille
Excipitur telo incautus: cordique sub ipso

Saucius occulto. ferrū suspirat adactū.
Multos p̄cipitans in apta incendia cogit
Nec patitur vitare focos. q̄bus ęstuat aurū
Qđ petit arsurus pariter speculator auarus
Omne hoīm rapit illa genus: mortalia cūcta
Occupat interitu. neqͣ em̄ violētius vllum
Terrarū vitium: qđ tantis cladib⁹ ęquum
Mundani inuoluat populi. damnet qͣ gehennę.
Quin ipsos tēptare manu (si credere dignū est)
Ausa sacerdotes dn̄i. qui pręlia forte
Ductores primā ante aciem ꝓ laude gerebāt
Uirtutū. magno qͣ implebāt classica flatu.
Et fors innocuo tinxisset sanguine ferrū
Ni ratio armipotēs gentis leuitidis vna
Semꝑ fida comes clipeū obiectasset. ⁊ atrę
Hostis ab incursu claros texisset alumnos.
Stant tuti rōnis ope: stant turbine ab omni
Immunes fortesqͣ animi. vix in cute summa
Perstringēs paucos tenui de vulnere ledit
Cuspis auaricię. Stupuit lues improba castis
Heroum iugulis lōgē sua tela repelli
Ingemit. ⁊ dictis ardēs furialibus infit.
¶ Uincimur heu segnes: nec nrā potētia p̄fert
Uim solitā. languet violentia seua nocendi
Sueuerat inuictis quę virib⁹ omnia vbiqͣ
Rumpere corda hoīm. nec em̄ tam ferrea quenqͣ
Formauit natura virū: cuius rigor ęra
Sperneret. aut nrō foret impenetrabilis auro.
Ingeniū omne neci dedimus. tenera. aspera. dura
Docta. indocta. simul bruta ⁊ sapiētia necnon.

Casta.incesta.meę paruerunt pectora dextrę.
Sola igitur rapui quicq̄d styx abdit auaris
Gurgitib⁹.nobis ditissima tartara debent
Quos retinēt populos.qđ voluūt sęcula nrm̄ est.
Qđ miscet mūdus vesanana negocia nostꝝ est
Quo fit.pręualidas q̄ pollēs gloria vires
Deserit:ꝛ cassos ludit fortuna lacertos.
Sordet christicolis rutilātis fulua monetę
Effigies:sordēt argenti emblęmata.ꝛ omnis
Thesaurus nigrāte oculis vilescit honore.
¶Quid sibi docta volūt fastigia:nōne triumphū
Egimus ex scarioth:magnus qui discipulorū
Et cōuiua dei dum fallit fędere mensę
Haud q̄q̄ ignarū.dextrāq̄ parapside iungit
Incidit in nostrū flāmante cupidine tęlū.
Infamē mercatus agrum de sanguine amici
Numinis.obliso luiturus iugera collo.
¶Viderat ꝛ iericho ꝓpria inter funera quātum
Posset nostra manus:cum victor cōcidit achas
Cędib⁹ insignis.murali ꝛ strage superbus
Succubuit capto victis ex hostib⁹ auro.
Dū vetitis insigne legēs anathęma fauillis
Męsta ruinaꝝ spolia insatiabilis hausit:
Nō illū generosa trib⁹.nō plębis a uitę
Iuuit iuda parēs.christo quādoq̄ ꝓpinquo
Nobilis:ꝛ tali fęlix patriarcha nepote.
Quis placet exemplū generis.placeat quoq̄ forma
Exitij:sit pęna eadē quib⁹ ꝛ genus vnū est
Quid moror aut iudę populares aut populares
Sacricolę summi (summus nam fertur aaron)

Fallere fraude aliqua: martis cōgressib⁹ impar.
Nil refert. armis cōtingat palma. dolisue;
¶ Dixerat. ⁊ toruā faciē furialiaqꝫ arma
Exuit: inqꝫ habitū sese trāsformat honestū
Fit ꝟtus specie. vultuqꝫ ⁊ veste seuera
Quā memorāt frugi: parce cui viuere cordi
Et seruare suū tanqꝫ nil raptet auare
Artis adumbrate meruit ceu sedula laudem
Huius se specie mēdax bellona coaptat.
Nō vt auara lues sed ꝟtus parca putetur.
Necnō ⁊ tenero pietatis tegmine crines
Obtegit anguineos: vt cādida palla latētem
Dissimulet rabiem. diroqꝫ obtēta furori
Qd rape ⁊ clepere est. audetqꝫ abscōdere parta
Natoꝝ curam dulci sub nomine iactat.
Talib⁹ illudens male credula corda viroꝝ.
Fallit imaginib⁹: monstrūqꝫ ferale sequūtur:
Dum credūt pietatis opus. capit impia erynnis.
Cōsensu faciles. maniciisqꝫ tenacib⁹ arctat.
Attonitis ducib⁹ perturbatisqꝫ maniplis
Nutabat ꝟtutum acies errore biformis
Portenti: ignorās quid amicū credat in illo
Quid ve hostile notet. letū versatile ⁊ anceps
Lubricat incertos dubia sub imagine visus;

¶ De operatione

Um subito in mediū frendēs opatio campū
Prosilit auxilio sociis: pugnāqꝫ capessit
Militie postrema gradu. sed sola duello
Impositura manū: neqꝫ iam triste superest.
Omne opus ex humeris reiecerat: omnib⁹ ibat.

Nudata exuuijs. multo ꝛ se fasce leuarat
Olim diuitijs grauibusqꝫ oppressa talentis
Libera nūc miserādo inopū. quos larga benigne
Fouerat. effundēs patriū bene ꝓdiga censum
Jam loculos ditata fide spectabat inanes
Externā numerās redituro fenore summā.
¶ Horruit inuicte ꝟtutis fulmen. ꝛ impos
Mentis auaricia stupefactis sensibꝫ hesit.
Certa mori: nā que fraudis via restat: vt ipsa
Calcatrix mundi mundanis victa fatiscat
Jllecebris. spretoqꝫ iterꝝ sese implicet auro.
Jnuadit trepidā virtus fortissima duris
Ulnarū nodis: obliso ꝛ gutture frangit
Exanguē siccāqꝫ gulam. cōpressa ligabāt
Uincla lacertoꝝ submentū: ꝛ faucibꝫ atris
Extorquēt aīam. nullo que vulnere rapta
Palpitat. atqꝫ aditu spiraminis intercepto
Jnclusam patitur venarū carcere mortem
Jlla reluctanti genibusqꝫ et calcibus instans
Perfodit ꝛ costas. atqꝫ illa rumpit anhela
Mox spolia extincto de corꝑe diripit auri
Sordida frusta rudis. nec adhuc fornace recoctam
Materiā: tineis etiā marsupia crebris
Exesa ꝛ virides obducta erugine nūmus
Dispergit. seruata diu victrix. ꝛ egenis
Dissipat. ac tenues captiuo munere donat
¶ Tūc circūfusam vultu exultāte coronam
Respiciēs alacris media inter millia clamat.
Soluite ꝓcinctū iusti: ꝛ discedite ab armis.
Causa mali tanti iacet interfecta lucrandi

Ingluuie pereūte licet requiescere sanctis.
Summa quies nil velle super q̄ꝫ postulat vsus
Debitus: vt simplex alimonia vestis ꝛ vnā
Infirmos tegat ac recreet mediocriter artus
Expletūqꝫ modū naturę nō trahat extra.
Ingressurus iter peram ne tollito: neue
De tunicę alterius gestamine pꝛuidus esto
Nec te sollicitet res crastina: nec cibꝰ aluo
Defuerit: redeūt ęscę cū sole diurnę
Nōne vides vt nulla auiū cras cogitet: ac se
Pascēdam pꝛęstāte deo nō anxia credat:
Cōfidunt volucres victū nō defoꝛe viles:
Passeribusqꝫ subest modico venalibꝰ asse
Indubitata fides: dn̄m curare potentem
Ne pereāt. te cura dei facies quoqꝫ chꝛisti
An dubitas ne te tuus vnq̄ꝫ deserat auctoꝛ:
Ne trepidate hoīes: vitę datoꝛ ꝛ datoꝛ ęscę est.
Querite lucifer cęlesti dogmate pastum
Qui spem multiplicās alit inuiolabilis ęui
Coꝛpis immemoꝛes: memoꝛ est q̄ cōdidit illud
Suppeditare cibos atqꝫ indiga mēbꝛa fouere.
¶ His dictis. curę emotę. metus. ꝛ laboꝛ ꝛ vis
Et scelus. ꝛ placidę fidei fraus inficiatrix
Depulsę vertere solū. pax inde fugatis
Hostibꝰ. alma abigit bellū. discinditur omnis
Terroꝛ: ꝛ auulsis exsibulat ilia zonis.
Vestis adusqꝫ pedes descēdens defluit imos
Temperat ꝛ rapidū pꝛiuata modestia gressum.
Coꝛnicinū curua ęra silent: placabilis implet
Vaginā gladius. sedato ꝛ puluere campi

Suda redit facies: liquidę sine nube diei.
Purpureā videas celi clarescere lucem.
Agmina casta sup vultū sensere tonantis
Arridere. hilares pulso certamine turmę
Et christū gaudere: suis victoribꝫ arcem.
Etheris. ac patriū famulis aperire pfundū;

De concordia.

At signū felix cōcordia reddere castris
Victrices aquilas. atqꝫ in tentoria cogi.
Nunqꝫ tanta fuit spēs neqꝫ par decus vlli
Militię: cū dispositis bifida agmina lōge
Duceret ordinibꝫ. peditum psallēte caterua.
Ast alia de pte equitū resonātibꝫ hymnis.
Nō aliter cecinit respectās victor hiantē
Israel rabiem ponti post terga minacis.
Cū iā progrediēs calcaret littora sicco
Vlteriora pede: stringēsqꝫ pꝫ extima calcis
Mons rueret pendētis aquę: nigrosqꝫ relapso
Gurgite nilicolas fundo deprēderet imo.
Ac refluēte sinu iam redderet vnda natatū
Piscibꝫ: & nudas preceps operiret arenas
Pulsauit resono modulātia timpana plectro
Turba dei: celebrās mirū memorabile sęclis
Omnipotētis opus. liquidas inter freta ripas
Fluctibꝫ incisis. & subsistente procella
Crescere: suspēsosqꝫ globos potuisse teneri.
Sic expugnata vitiorū gente resultāt
Mystica dulcimodis ꝟtutū carmina psalmis;

De discordia

Entū erat ad fauces portę castrēsis: vbi arctū

Liminis introitū bifori dant cardine claustra
Nascitur hic inopina mali lachrymabilis astu
Tempestas: placideq turbatrix inuida pacis
Que tantū subita vexarat clade triumphū
Inter cōsertos cuneos cōcordia forte
Dum stipata pedē iam tutis mēnib9 infert
Excipit occultū vicij latitātis ab ictu
Mucronē: leuo in latere: squalētia q̄uis
Texta cathenato ferri sub tegmine corpus
Ambirēt. sutis ⁊ acumen vulneris hamis
Respuerēt: rigidis nec fila tenacia nodis
Impactū sinerēt penetrare in viscera telū.
Rara tn̄ chalybem tenui trāsmittere puncto
Cōmissura dedit. qua sese extrema polite
Squama ligat tunice: sinus ⁊ sibi cōserit oras
Intulit hoc vulnus pugnatrix sub dola victe
Partis. ⁊ incautis victorib9 insidiata est.
Nam pulsa culpaꝝ acie discordia nostros
Intrarat cuneos. sociā mentita figurā
Scissa ꝓcul palla. structū in serpēte flagellū
Multiplici: media campoꝝ ⁊ strage iacebat.
Ipsa redimitos olea frondente capillos
Ostentās. festis respōdit leta choreis.
Sed sicam sub veste tegit: te maxima virtus
Te solam tāto e numero cōcordia tristi
Fraude petēs. sed nō vitalia rumpere sacri
Corporis est licitū: summo tenus extima tactu
Lesa cutis. tenuem signauit sanguine riuū.
¶ Exclamat ꝟtus subito turbata: quid hoc est?
Que manus hic inimica latet: q̄ prospera nostra

Vulnerat: ⁊ ferꝝ tanta inter ga u dia vibrat!
Quid iuuat indomitos bello sedasse furores!
Et sanctū vitijs pereuntibꝫ omne receptū!
Si ꝑtus sub pace cadit: trepida agmina mestos
Cōuertere oculos. stillabat vulneris index
Ferrata de veste cruor. mox ⁊ pauor hostem
Cominus astantem ꝓdit: nā pallor in ore
Cōscius audacis facti. dat signa reatus.
Et deprensa tremit languēs manus ⁊ color albēs
Circūstat ꝓpere strictis mucronibꝫ omnis
Virtutū legio: exquirēs feruēte tumultu
Et genus ⁊ nomē. patriā. sectamqꝫ. deumqꝫ
Quē colat: ⁊ missu cuiatis venerat. illa
Exanguis turbāte metu: discordia dicor
Cognomēto heresis: deus ē mihi discolor inquit
Nūc minor aut maior. mō simplex ⁊ modo duplex.
Cū placet aereus. vel de fantasmate visus
Haud innata aīa est. quotiēs volo ludere numen
Est mihi ꝑceptor belial: domus ⁊ plaga mūdus.
Cam jou ¶ Nō tulit vlterius capti blasphemia monstri
Virtutū regina fides. sed verba loquētis
Impedit: ⁊ votis claudit spiramina pilo
Pollutā rigida transfigēs cuspide linguā
Carpitur innumeris feralis bestia dextris.
Frustratim sibi quisqꝫ rapit qđ spargat in auras
Qđ canibꝫ donet: coruis qđ edacibus vltro.
Offerat. immūdis cęno exalāte cloacis
Qđ trudat mōstris qđ mādet habere mariolis.
Discissum fędis aīalibus omne cadauer
Diuiditur. ruptis heresis perit horrida mēbris.

Cōpositis igitur rerū morumqꝫ secundis
In cōmune bonis. tranquillę plębis ad vnū
Cōtigit a c statione frui valloqꝫ foueri
Pacificos sensus. ꝛ in ocia soluere curas.
Sensibꝫ in tuta valli statione locatis
Extruitur media castroꝝ sede tribunal
Editiore loco: tumulus quē vertice acuto
Excitat in speculā. subiecta vnde oīa late
Liber inoffenso circūspicit aere visus.
Hūc sincera fides simul ꝛ cōcordia sacro
Fędere: iuratę christi sub amore sorores
Cōscendūt a picē. mox ꝛ sublime tribunal.
Par sanctū charūqꝫ sibi: supeminet ęquo
Iure potestatis consistūt aggere summo
Cōspicuę: populosqꝫ iubēt astare frequētes
Concurrūt alacres castris ex omnibꝫ omnes.
Nulla latet ps mētis iners. quę corpis vllo
Intercepta sinu. per cōceptacula sese
Degeneri lāguore tegat: tentoria apertis
Cuncta patēt velis. reserātur carbasa: ne quis
Marceat obscuro stertens habitator operto
¶ Auribꝫ intentis expectat cōcio. quid nam
Victores post bella vocet cōcordia princeps
Quā velit atqꝫ fides ꝟtutibus addere legem.
¶ Erumpit prima in vocem cōcordia. tali
Alloquio: cumulata quidē iam gloria vobis
O patris o dn̄i fidissima pignora christi
Cōtigit: extincta est multo certamine sęua
Barbaries. sanctę quę circūsepserat vrbis
Indigenas: ferraqꝫ viros flāmaqꝫ premebat

Publica sed requies priuatis rure foroqꝫ
Cōstat amicicijs. scissura domestica turbat
Rem populi: titubatqꝫ foris qd̄ dissidet intus.
Ergo cauete viri. ne sit sentētia discors
Sensibꝰ in nrīs: ne secta exorica. tectis
Nascatur cōflata odijs: qꝛ scissa voluntas
Cōfundit varijs arcana biformia fibris.
Qd̄ sapimus cōiungat amor: qd̄ viuimus vno
Cōfirmet studio. nil dissociabile firmū est.
Atqꝫ homini atqꝫ deo medius interuenit iesus
Qui sociat mortale patri. ne carnea distent
Spiritui ęterno: sitqꝫ vt deus vnus vtrūqꝫ.
Sic quicq̄d gerimus mentisqꝫ ⁊ corꝑis actu
Spiritus vnimodis texat cōpagibus vnus.
¶ Pax plenū ꝟtutis opus. pax summa laborꝝ.
Pax belli exacti ꝑcium est. preciūqꝫ pericli.
Sidera pace vigēt. consistūt terrea pace.
Nil placidū sine pace deo nō munus ad aram
Cū cupias offerre, ꝓbat. si turbida fratrē
Mens impacati sub pectoris oderit antro.
Nec si flāmicomis christi ꝑ nomīe martyr
Ignibꝰ insilias. seruās inamabile votū
Bile sub obliqua: ꝑciosam ꝓderit iesu
Impēdisse aīam: meriti qꝛ clausula pax est.
Nō inflata tumet. nō inuidet ęmula fratri.
Oīa ꝑpetitur patiens. atqꝫ omnia credit.
Nunq̄ꝫ lesa dolet cuncta offensacula donat.
Occasum lucis venia pręcurrere gestit
Anxia: ne stabilē linquat sol cōscius iram.
Quisqꝫ litare deo mactatis vult holocaustis

Offerat imprimis pacē: nulla hostia christo
Dulcior. hoc solo sancta ad donaria vultū
Munere cōuertēs. liquido oblectat odore;
¶ Sed tū ꝛ niueis tradit deus ipse columbis
Pennatū tenera plumarū veste colubrū
Rimāte ingenio docte internoscere mixtū
Innocuis auibꝫ. latet ꝛ lupus ore cruento
Lacteolā mentitus ouem sub vellere molli:
Cruda ꝑ agninos exercēs funera rictus.
¶ Hac sese occultant fotinus ꝛ arrius arte
Immanes feritate lupi: discrimina produnt
Rostra. recens cruor it q̄uis de corpe summo
Quid possit furtiua manus gemitū dedit omnis
Uirtutū populus. casu cōcussus acerbo;
¶ De structura templi sp̄ualis
t Um generosa fides hęc subdidit. immo secūdis
In rebꝫ cesset gemitus. cōcordia lęsa est
Sed defensa fide. quin ꝛ cōcordia sospes
Germanā comitata fidem sua vulnera ridet.
Hęc mea sola salus. nihil hac mihi triste recępta.
Unum opus egregiū restat post bella labori
O ꝓceres regni: qđ tandem pacifer hęres
Belligeri. armatę successor inermis ꝛ aulę
Instituit salomon. qm̄ genitoris anheli
Fumarat calido regum de sanguine dextra.
Sanguine nā terso templū fundatur ꝛ ara
Ponitur auratis christi domus ardua tectis.
Tūc hierusalem templo illustrata. quietum
Suscępit iam diua deū: circūuaga postq̄
Sedit marmoreis fundata altaribus arca.

Surgit ⁊ in nostris templū venerabile castris:
Omnipotẽs cuius sanctoꝝ sancta reuisat.
Nam q̇d terrigenas ferro pepulisse phalãges
Culparū prodest: hoĩs si filius arce
Etheris illapsus purgati corꝑis vrbem
Intret inornatã. templi splẽdentis egenus?
Hactenus alternis cõflictum est cominus armis
Munia nūc agitet placidę toga cãdida pacis.
Atq; sacris sedem ꝑperet discincta iuuentus.
¶ Hęc vbi dicta dedit: gradib⁹ regina suꝑbis
Desiluit. tãtiq; opis concordia cõsors.
Metatura nouū iacto fundamine templum
Aurea planiciem spaciis percurrit arundo
Dimensis: quadrẽt vt quattuor vndiq; frõtes.
Ne cõmissuris distantib⁹ angulis impar
Argutã mutilet ꝑ dissona semetra normã.
Aurore de parte trib⁹ plaga lucida portis
Illustrata patet. triplex aperitur ad austrū
Portarū numerus. tres occidualibus offert
Janua trina fores. totiẽs aquilonis ad axem
Panditur alta domus. nullū illic structile saxum
Sed caua ꝑ solidū: multoq; forata dolatu
Gemma. relucenti limen cõplectitur arcu.
Vestibulūq; lapis penetrabile cõcipit vnus.
Portarū summis inscriptaq; postib⁹ auro
Nomina apostolici fulgẽt bis sena senatus.
Spiritus his titulis arcana recõdita mentis
Ambit: ⁊ electos vocat in pręcordia sensus.
Quaq; hoĩs natura viget: quã corꝑe toto
Quadrua vis animat: trinis ingressibus aram

Cordis adit. castisq; colit sacraria votis.
Seu pueros sol primus agat. seu feruor ephebos
Incendat nimius. seu cōsummabilis eui
Perficiat lux plena viros. siue algida boree
Etas. decrepitā vocet ad pia sacra senectam.
Occurrit trinū quadrina ad cōpita numen
Qđ bene discipulis disponit rex duodenis
Quinetiā totidē gemmarum insignia. textis
Parietib9 distincta micāt: aīasq; colorum
Viuētes liquido lux euomit alta profundo.
Ingēs chrysolitus natiuo interlitus auro
Hinc sibi saphirum sociauerat. inde berillū
Distātesq; nitor medius variabat honores.
Hinc calcedon hebes perfunditur ex hiacynthi
Lumine vicino: nā forte cyanea propter
Stagna lapis cohibēs. ostro fulgebat aquoso.
Sardonycen pingūt amethistina. pingit iaspis
Sardoniū iuxta appositū. pulcerq; topazon.
Has inter species smaragdina gramine verno
Prata virent: voluitq; vagos lux herbida fluctus
Te quoq; cōspicuū structura interserit ardēs
Chrysopase: at sidus saxis stellantib9 addit.
Stridebat grauidis funalis machina vinclis
Immēsas rapiēs alta ad fastigia gemmas.
¶At domus interior septē subnixa columnis
Cristalli algētis vitrea de rupe recisis
Cōstruitur: quarū tegit edita calculus albens
In conū cesus capita. et sinuamina subter
Subductus conche in spēm. qđ mille talentis
Margaritū ingens opibusq; et viribus arte

Addictis. animosa fides mercata pararat.
Hoc residet solio pollens sapiētia: ⁊ omne
Cōcilium regni celsa disponit ab aula.
Tutādiqȝ homīs leges sub corde retractat.
In manib⁹ dn̄ę sceptrū nō arte politū
Sed lignū viuū. viridi est qđ stirpe recisum
Quāuis nullus alat terreni cespitis humor
Fronde tamē viret incolumi: tum sanguine tinctis
Intertexta rosis candētia lilia miscet
Nescia marcēti florem summittere collo.
Huius forma fuit sceptri gestamen aaron
Floriferꝝ: sicco qđ germina cortice trudēs.
Explicuit tenerꝝ. spe pubescēte decorem
Inqȝ nouos subito tumuit ꝟga arida fętus.

❡ Gratiarum actio.

Reddimus ęternas indulgētissime ductor
Grates christe tibi. meritosqȝ sacramus honores
Ore pio. nam cor vitiorꝝ stercore sordet.
Tu nos corporei latebrosa pericula operti
Luctātisqȝ aię voluisti agnoscere casus.
Nouimus ancipites nebuloso in pectore sensus
Sudare alternis cōfluctib⁹. ⁊ variato
Pugnarꝝ euentu. nūc indole crescere dextrā
Nūc inclinatis ceruicib⁹ ad iuga vitę
Deteriora trahi. seseqȝ addicere noxis
Turpib⁹. ⁊ ꝓprię iacturam ferre salutis.
Ah quotiens aīam. vitiorū peste repulsa
Sensimus incaluisse deo. quotiēs tepefactū
Cęleste ingeniū post gaudia cādida. tetro
Cessisse stomacho. Feruēt bella horrida feruēt

Ossibus inclusa. fremit ꝛ discordibus armis
Nõ simplex natura hoīs. nam viscera limo
Effigiata p̄munt aīm. cõtra ille sereno
Editus afflatu. nigrantis carcere cordis
Estuat. ꝛ sordes arcta inter vincla recusat.
Spiritibꝰ pugnant varijs lux atq; tenebrę
Distãtesq; animat duplex substantia vires.
Donec pręsidio christus deus assit. ꝛ omnes
Uirtutũ gemmas cõponat sede piata.
Atq; vbi peccatũ regnauerat. aurea templi
Atria cõstituens. texat spectamine morum
Ornamenta animę. quibꝰ oblectata. decoro
Eternũ solio. diues sapientia regnet.

¶ Explicit Psychomachia prudẽtij.


colorchecker DIGITAL SG
DCSG - UBU # MX - 7181
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A B C D E F G H I J K L M N
x-rite
0 1 2 3 4 5 6 mm